

Titii, quia alteri per alterum obligatio non quaeritur, ut est text. in l. stipulatus ista habere licere, §. alteri ff. de verb. oblig. & in §. alteri, Instit. de in iud. lib. stipulat. ac proinde totum fundum emptum esse illi, qui stipulatus est: Ergo est text. ibi expressus, ubi jus accrescendi habet locum in contractibus, in quibus cessat inconueniens d. l. in nostro: Ergo falsa est communis ratio, quae ob id introductum esse jus accrescendi affirmat. ¶ Verum huic difficultati facillime respondendum est, negando assumptum, imo quod in contractibus non habet locum jus accrescendi, quod probat text. pulcherrimus in leg. si in iud. & Titio ff. de verb. oblig. ubi dicit text. quod si mihi & Titio, in cuius potestate non sum, stipuler decem, non tota decem, sed sola quinque mihi debentur, quia stipulatio respectu extranei adiecti minime valet, ut supra est dictum, neque illa auget portionem meam, ut text. ille expresse dicit, & ita illum text. summat Bart. ibi, & idem in l. re conuicti, n. 65, ff. de legat. idem expresse probat text. in l. aquam, ff. quemadmodum seruitur amittitur & text. in l. si duo patroni, in princ. ff. de iur. iur. per quae iura haec est communis opinio secund. Paul. de Montepic. hic n. 1. & Dec. in 2. lect. n. 19.

14. Neque t. obstat text. in d. l. fundus ille ff. de contrahent. empt. ubi in contractibus non habeat locum jus accrescendi, quoniam ibi est casus specialis, ex eo, quod intererat venditoris, qui totum fundum vendidit, ne cogereetur stare in communione contra text. in l. si. C. de mun. diuid. & in l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2. & ita illum text. intellexit Bart. in proprio loco, idem Bart. ubi ceteri post eum in d. l. re conuicti, nu. 65, tenet etiam in d. l. fundus ille, & in d. l. si mihi & Titio, ubi l. Alex. 3. testatur hanc esse communem opinionem, & defendit Rip. in d. l. re conuicti, n. 227. est communis etiam secundum Ant. Gom. 1. tom. variar. cap. 10. nu. 3.

Summe tamen in proposito illud notandum est, quod licet in contractibus non habeat locum jus accrescendi, habet tamen locum jus non decrecendi, ut probat optime text. in l. proprium ff. commun. praed. ubi text. dicit, quod si proprium solum vendidero, & mihi & alteri extraneo seruitutem in eo stipulatus fuero, vel etiam si commune solum vendidero, & mihi & socio praedictam seruitutem stipuler, adiectio extranei vel socij pro superuacua habenda est, ita ut seruitus tota ad me, qui stipulatus sum, pertineat: Ergo constat ex illo text. jus non decrecendi habere locum in contractibus, quod quidem tunc habet locum, quoties duob. in solidum relinquuntur res, & alter eorum illam repudiat: Nam alter acceptans habebit totam rem, quae sibi in solidum legata fuit, quasi sibi nihil diminutum sit per repudiationem alterius, & ita illum text. intellexit in proprio loco Bart. & idemmet Bart. in d. l. si mihi & Titio, n. 2, ff. de verb. oblig. ubi l. Alex. 5. & Ioan. Croc. n. 18. testatur, hunc esse communem illius text. intellectum: eundem etiam intellectum, licet per alia verba, posuit idem Bart. in d. l. re conuicti, n. 65, dicens, quod in indiuiduis etiam in contractibus habet locum jus accrescendi: nam voluit dicere jus non decrecendi, cum quodam modo idem sit in casu, quo habet locum jus non decrecendi.

16. Secundo est advertendum, quod licet in contractibus non habeat locum jus accrescendi: in re tamen donata duob. a Principe bene habet locum repudiante vel omittere, & sic decedente vno ex socijs sine herede, ejus portio accrescit alteri, neq. ad Principem reuertitur: text. est in l. vno. C. si imperial. liberal. soc. sine hered. dec. lib. 10. quae procedit & loquitur etiam ex post facto, scil. acceptata donatione, cujus text. hic est intellectus, secundum Rip. in d. l. re conuicti, nu. 157. ubi Bart. nu. 84. eundem intellectum tenet: & idem

Bartol. in d. l. vnic. & est communis, secundum Ant. Gomez ubi supra, numer. 2. sequitur l. si plures allegans in l. fin. numer. 3. ff. de constit. Princip. testatur communem, & ab ea non esse recedendum Villalong. in repet. l. re conuicti fol. 48. column. 4. vers. Limitation. in casu l. vnic. ff. de legat. 3.

Sed est optima & difficilis questio, An illa lex habeat locum in fudo concesso pluribus simul ab Imperatore: Quam late examinat Ripa in d. l. re conuicti, n. 148. qui est omnino videndus, & Villalong. ubi supra Nam ipse non examino quaestionem hanc, ut alia materie praesentis aptiora examinemus. Et haec sufficient pro prima ratione decidendi ad nostrum text.

Secunda ratio decidendi colligi potest, quare introductum sit ius accrescendi, ex text. in l. vnic. §. hie ita, C. de caduc. tollend. quoniam est absurdum, partem eiusdem hereditatis agnoscere, & partem repudiare: quae quidem ratio eo sustinenda est, quia est Imperatoris, patitur tamen nonnullas difficultates, quas nunc propter temporis angustiam, & ut ad vltima me conuertam, omittam. Alias 8. rationes refert huius rei, & eas reprobat Archidiacon. Maioricens. Villalong. ubi supra.

17. filio 3. & 4. Primo, ex ratione communi supradicta inferitur ad decisionem quaestionis illius summe difficilis: An testator possit prohibere ius accrescendi: Et quaestionem hanc ipse late examinaui in mea repetitione l. nemo potest ff. de leg. 1. Sed quia hic etiam est locus ordinarius ipsius, hic etiam examinabo, aliter tamen, quam in d. l. nemo potest. Et primo videtur quidem ex supradicta ratione communi, iuris accrescendi inducitur, minime posse testatorem ius accrescendi prohibere, ne decedat p. parte testatus, & pro parte intestatus. Secundo, pro hac opinione ipse allego text. in l. si quis ita heres institutus fuerit ff. de hered. inst. ubi quidam ex certo fundo fuit heres institutus excepto usufructu, dubitatur in casu illius text. an talis prohibitio testatoris aliquid operetur? & inquit text. perinde esse, atq. si sine ea re institutus esset. Ergo bene constat ex illo text. minime posse testatorem prohibere jus accrescendi; Nam si simpliciter quis ex fundo solo esset institutus, nullo dato coherede, detracta fundi mentione haberetur heres totius hereditatis defuncti, per text. in l. §. si ex fundo, ff. de hered. inst. & in l. 14. tit. 3. par. 6. & ita hanc opinionem per illum text. tenuit Dyn. ibid. in d. l. si quis ita heres, quem refert, dicens hanc esse veriore m. Imol. in d. l. §. si ex fundo, nu. 68. ubi refert quinque opiniones in hoc articulo: hanc etiam opinionem sequitur in praesenti Salyc. n. 16. Rom. 30. & Alex. plures allegans in l. quoties, nu. 11 ff. de hered. inst. hanc opinionem Dec. in Rubric supra hoc tit. 1. l. eura, num. 3. & in 2. numer. 21. hanc dicit communem Alex. in l. si quis prior, nu. 9. ff. ad Trebel. dicit communem Rip. in d. l. re conuicti, numer. 134. ff. de legat. 3. & ibi Ioan. Croc. numer. 61. dicit etiam communem Rip. in l. 1. numer. 18. ff. de vulg. & pup. subst. communem quoque testatur Gualdens. de arte testam. tit. 6. cautel. 15. numer. 4. magis communem testatur Anton. Gom. 1. tom. d. c. 10. nu. 10.

Sed contra hanc communem opinionem est text. fortissimus in l. quoties, §. si duo ff. de hered. inst. ubi duo fuerunt heredes instituti in eodem testamento: vnus ex parte tertia fudicialis ex parte, inquit text. de vno fundi mentione, ambos heredes hereditate potiturus, quasi sine partibus scripti essent, nisi manifestissima voluntas testatoris refragetur: Ergo constat ex illo text. clarissime, quod ius accrescendi habet locum, nisi testator prohibuerit. Secundo vltra t. omnes Doctores, contra hanc communem opinionem facio talem considerationem. Nam jus accrescendi prouenit ex tacita mente defuncti, ut probat expresse textus in leg. si Titio & Maio, §. Iulian.

Iulianus ibi: quasi substitutus ff. de legat. 2. ubi illum, cui accrescit portio vacans, quasi substitutum appellat: Si igitur est quasi substitutus: Ergo venit ex tacita defuncti voluntate, & ita notat expresse gl. ibi verb. cum suo onere, in vers. & ex tacita: quam communiter approbatam testatur Sebastianus Sapia in repet. huius l. n. 4. seq. Alex. in l. si seruis communis ab extero ff. de legat. 2. & hac opinionem testatur communiter approbatam Ripa in l. 3. nu. 17. ff. de legat. 1. communem testatur nouissime post h. e. scripta in lucem edita Iacob. Menoch. in 4. remed. ad ipse possess. n. 110. ¶ Pro qua opinione allegatur etiam text. in l. qui ex duob. §. fin. ff. de acquir. hered. ubi text. probat, quod qui semel heres extitit, defuncti partem, etiam inuitus recipit: Ergo inuit text. quod eadem voluntate, qua vocatur ad proportionem propriam, vocatur etiam ad accrescentem. ¶ Sed ego vltra omnes allego text. expresse in l. Lucius, ff. de fideicom. libert. ubi conjunctum substitutum appellat, cum tamen nullus, qui vere esset substitutus, praecessisset in casu illius text. tunc sic: Si igitur jus accrescendi prouenit ex tacita defuncti voluntate, quare testator non poterit per expressam id impedire: cum nihil tam naturale sit, ut eodē genere, quo colligatum est, quid dissoluitur: ut in regula nihil tam naturale, ff. de reg. iur. Preterea, quia sicut obligatio consensu contrahitur, ita & contrario dissensu soluitur, ut est text. pulch. in l. propt. quisque, ff. de solut. Igitur cum jus accrescendi proueniat ex voluntate testatoris, & tacita, quare expressa magis non poterit argum. text. in l. cum, qui certarum, §. 1. ubi quia diuersa causa est voluntatis expressae & eius, qua inest, ff. de verb. oblig. & ita inuenio, quod ex d. l. quoties, §. si duo, contrariam opin. tenet Bart. ibid. imo quod testator possit prohibere jus accrescendi, & quod tunc tota causa deuoluatur ab intestato heredibus institutis nihil penitus habebit. & eandem opin. tenet idem Bart. in d. l. re conuicti, n. 35. & in l. si ego, n. 2. ff. de iust. rupt. & in d. l. si quis prior, n. 3. & idem Bart. in repet. l. pater filium, n. 18. ff. de inoff. test. & idem conf. 156. n. 2. & in conf. 176. nu. 2. & hanc opinionem contra Dyn. dicit communem Corneus in l. quoties, n. 27. C. de hered. inst. seq. Curt. Iun. conf. 11. n. 3. ubi dicit Bart. opin. esse magis communem. Ego vero priorem sententiam & verioram esse existimo, licet secundam hanc vltimam sequatur etiam Ant. Gom. d. 1. tom. c. 10. n. 10. ubi Corneum tantum allegat, & etiam Mench. nonnullos referens de success. creat. §. 3. nu. 6. ubi ampliat etiam tacite, qui est videndus iterum d. §. 3. n. 10. quia secundum vtramq. opin. datur inconueniens, quod voluntas testatoris non valeat nec seruetur in prima opin. quod prohibitio testatoris non valeat & habeatur, ac si prohibuisset, & hoc non dicitur inconueniens proprie, imo iuridicum est, quia nemo potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant: in secunda vero opinione datur maximum inconueniens, quod tota causa deuoluatur ab intestato, quod est absurdum: Quid enim peccauit voluntas testatoris in ea parte, qua fuit sollemnis, ut per alteram particulam testamenti non quidem contrariam, qua testator prohibet jus accrescendi, destruat totum testamentum: maxime, quia secundum primam opinionem supradictam sustinetur testamentum, & secundum opinionem secundam illud destruitur.

20. Et semper accipienda t. tenenda est illa opin. quae fauet testamento, ut in l. si pars ff. de inoff. test. quia publice interest, ut testamenta valeant & conseruetur, ut in l. vel negare, ff. quemad. test. oper. ¶ Vnde idem erit in quacunque causa fauorabili, secundum Alex. in l. duo iudices, n. 9. ff. de re iud. maxime, cum suprad. prima opinio sit communis & magis communis, & eam te-

neant & sequantur tot graues auctores, ut supra vidimus.

Præcipue si teneamus opinionem Andreæ Barbatij, conf. 6. vol. 1. ubi extendit, quod supradictum est per d. l. si pars, quod etiam sententia vnus Doctoris pro sustinendo testamento sit seruanda contra communem: quam opinionem sequitur etiam Ias. in l. Gallus, §. quid sit, l. l. l. l. n. 14. ff. de liber. & posthum. & Aviles in cap. 1. correctorum: in gl. si n. 14. in 3. col. illius numeri. ¶ Sed licet superiora omnia per me dicta & sequuta vera sint, tamen haec opinio & extensio Barbat. & sequacium mihi non placet, contrariamq. sententiam tenet Alciat. lib. 1. Paradox. cap. 7. idem Alciat. praesumpt. 40. r. reg. n. 2. tenet etiam Catellian. Coct. in suis memorab. verb. nuptiarum, & Ioann. de Neuzia. in sua Sylua nuptial. lib. 1. n. 73. contra Barbat. tenet etiam Dec. in c. 1. col. fin. de constit. & hanc opinionem aliquos ex supradictis allegans sequitur Ioan. Oro. in l. 1. n. 17. ff. de offic. q. subdens, idem esse in matrimonio: & licet haec ita vera sint, non tamen contradicunt nostro intentui, cum prima opinio non sit singularis, sed communis etiam, & magis communis, sicut secunda, vnde in dubio tenenda & sequenda, ut in d. l. si pars.

22. Et tenendo t. supradictam primam communem opin. non obstat text. difficilis in d. §. si duo, nam ejus sensus ne obstat, hic est, scil. quod etiam institui in certis reb. ad portiones vacantes pro rata portionis, quam habuerunt in prima institutione, admittatur, hoc est intelligendum, nisi contrarium testator disponat: quem intellectum sustinet Paul. de Castr. in d. §. si duo, nu. 3. quavis Bart. ibi eum intellectum improbet: & eundē defendit optime Croc. in d. l. re conuicti, n. 60. qui quidem intellectus expresse est contra literam illius text. Nam imo ibi fuerunt duo institui pro diuersis partibus, & nihilomin. dicit text. equaliter fore ambo admittendos, nisi contrarium manifestissime velit testator.

Vnde verus intellectus est, quod ibi illa manifestissima defuncti voluntas non est ad impediendum jus accrescendi, sed ad hoc, quod licet regulariter, quando duo instituuntur in certo fundo pro diuersis partibus sit speciale, ut detracta fundi mentione, quasi scripti sine partibus videantur & aequaliter succedant, iuxta text. in l. ex factis, post princ. ff. de hered. inst. tamen id fallit, quotiescunque contrarium velit manifestissime testator, hoc est, ut omnes succedant & vocetur ad portionem vacantem pro ea parte, qua heredes instituti sunt, sicuti regulariter fit, quoties non in certo fundo, sed in alijs bonis pro diuersis portionibus duo instituuntur. Itaque illa manifestissima defuncti voluntas non impedit vilo modo jus accrescendi, sed portionem vacantem distribuit certo modo inter heredes: & ita putarem text. illum fore intelligendum, salua correctione melius sentientis.

Non obstat & secundo, argumentum, quod ipse feci de tacita illa defuncti voluntate, qua prouenit, ut probaui jus accrescendi: Nam illa mutari non potest propter inconueniens d. l. in nostro, ob quod introductum fuit jus accrescendi.

Vel melius & magis in forma respōdeo, quod licet jus accrescendi proueniat ex tacita defuncti voluntate, nemo tamen est, qui neget, illud interpretatum fuisse à lege, sicque non tantum ex tacita defuncti voluntate venire, sed etiam ex legis interpretatione, ut optime sic intelligendo eum recenset Bart. in l. 3. nu. 1. opposit. 3. ff. de legat. 1. pro quo ex text. in l. si testam. in §. ff. de vulg. & pupill. ibi, per legem aliquam, & ibi notant Bart. & Ias. nu. 23. Menoch. ubi supra, nu. 12. tunc sic licet igitur tacitam illam voluntatem possit mutare testator per alteram expressam contrariam, non tamen poterit dispositioni legis derogare, quae inter-

pretata est mentem defuncti, propter inconueniens maximum d. l. ius nostrum, arg. l. nemo potest, ff. de legat. vnde verissima remanet prima communis opinio, quod testator minime possit prohibere jus accrescendi.

24. Hæc tamen verissima communis opinio limitari debet in legatis: nam in illis cum non militet ratio communis, optime poterit testator prohibere jus accrescendi, ita voluit gl. sing. in l. dominus, §. ff. de usufruct. & illam gl. communiter approbatam pluribus relatis, qui eam sequuntur, dicit Mench. de success. creatione, §. 10. n. 61.

25. Secundo limitatur suprad. i. communis opinio in foro conscientie secundum Feder. de Senis cons. 125. incipit, casus talis est, vbi dicit, quod institutus iustus per testatorem non vitra petere, non potest salua conscientia vitra retinere, ex quo est contra voluntatem testatoris: & reliqua alia bona debentur venientibus ab intestato, sequitur hanc opinionem plures referes Villalong in repet. d. l. re conuicti, fol. 41. col. 3. & 4. Sed hoc consultius erit relinquere voto Theologorum, vtpote qui melius consulere in hoc possint, quam Iuristæ, & ideo iudicio Ecclesiæ me submittito.

26. Secundo & principaliter ex eadem ratione communi juris accrescendi induciua inferitur, inter legatarios omnino distinctos non habere locum jus accrescendi: Nam in illis ratio superior non militat, cum pars, quæ vacat, reuertatur ad heredem, text. est in l. & Proculo ff. de leg. 2. vbi inquit text. & Proculo placebat, & a patre sic accepi, quod seruo communi legatum sit, si alter dominorum omittet, alteri non accrescere: non enim conuictum sed partes videri legatas, inquit text. quoniam si dominus videretur legatum, unusquisque pro portione dominica esset partem habiturus: idem probat expresse text. in l. i. in princ. ff. de usufruct. accresc. vers. ceterum, vbi dicit text. quod quotiescunque separatim pluribus, pars usufructus legata est, cessat ius accrescendi, per quæ iura hanc regulam constituit Bart. in d. l. re conuicti, n. 25. vbi Rip. n. 75. dicit, quod solus Befurtius tenet in hoc contra Bart. qui quidem Befurtius ibi, nu. 34. tantum disputando tenet contra Bart. & opin. Bart. tenere omnes, & esse communem & tenendam testatus Villalonga in repet. d. l. re conuicti, fol. 3. col. 1. vers. 1. est conuicti.

27. Tertio & principaliter ex eadem ratione communi inferitur in donatione causa mortis esse locum iuri accrescendi. Quia licet ista, propterea est in fieri, alimiletur contractibus, propterea sunt iura vulgaria, tamen postquam est facta, æquiparatur legatis, & sic vltimis voluntatibus, l. illud, ff. de donat. caus. mort. per quem text. hæc est magis communis opinio, secundum Io. Orof. in l. cum hi, §. solent, in princ. ff. de transact. & ita concordantur gl. sui inuicem repugnantes. Accursius etenim in l. si mortis causa, gl. 1. ad mediu, C. ad l. Falc. tenebat, donationem causa mortis assimilari legatis, cuius opinio magis communem dicebat Hippolytus singul. 135. Rufus idem Accursius in l. 1. in princ. verb. legatum, ff. de dot. prelegat. contrarium tenet, imo quod contractibus æquiparetur: Nam hæc gl. debent concordari & distingui, vt supra dictum est, quæ concordia vitra Io. Orof. vbi sup. est communis secundum Ias. in l. 2. n. 11. ff. de legat. 1. vbi inquit, quod totus mundus eam sequitur, sequitur etiam & dicit communem, plures referens Ant. Gom. 2. tom. var. c. 4. de donat. n. 16. vbi etiam addit, quod respectu confirmationis æquiparatur vltimæ voluntati: sic intelligendus est text. in l. si in si C. de donat. caus. mortis ibi, & omnes effectus fortiat, quos vltima habent liberalitates, neque ex quacunque parte absimilis esse intelligatur: Nam loquitur, postquam est iam facta donatio causa mortis, vt constat, ibi, & omnes effectus, &c. Nunc ad propositum: Cum tigitur in legatis habeat locum jus accrescendi, vt in §. si eadem res,

Instit. de legat. ita & in donatione causa mortis illud locum habere debet, text. est in l. vnic, §. hac autem omnia, C. de caduc. tollend. vbi omnia supradicta in §§. præcedentibus eiusdem l. dicitur & probatur habere locum & in donatione causa mortis, & tamen in §§. præcedentibus actum est de iure accrescendi, quomodo illud locum habeat in vltimis voluntatibus: Igitur habet etiam locum eodem modo in donatione causa mortis, & ita text. illum ad hoc notant ibi Bart. & Bald. qui dicit esse vnicum ad hoc, idem Bald. in presenti, nu. 25. Rom. n. 27. tenet idem Bart. in l. re conuicti, n. 59. ff. de legat. 3. vbi Ias. nu. 251. sequitur eandem opinionem, & dicit communem Rip. ibi, n. 232. communem quoque testatur ibi Crot. n. 146. & Ludou. de Villalong. col. si. sequitur Ant. Gom. 1. tom. c. 10. nu. 7. & Io. Orof. vbi sup. nu. 3. & Bart. in d. l. cum hi, in princ. n. 2. & ibi Paul. de Castr. n. 7. & idem Ant. Gom. 2. tom. var. cap. 4. de donat. n. 17.

Elegans tamen test in presenti disputatio: An in mortis causa capione, hoc est, in illo, quod datur gratia conditionis implendæ, ius accrescendi locum habeat? In quo quidem difficillimo articulo, videtur primo dicendum, quod locum habeat, ex text. optimo in l. Thais, §. Stychnus seruus, ff. de fideicom. libert. vbi quidam in testamento Stychno seruo suo libertatem dedit, sub ea conditione, si decem filie & vxori testatoris hereditibus suis daret, postea vxor abstinuit se ab hereditate viri, dubitatur: An tota decem sint præstanda filie heredi, an tantum dimidia pars, probat text. in solidum præstari debere: Igitur manifestissime constat ex text. illo, habere locum jus accrescendi in dato gratia conditionis implendæ, & ita per illum text. hanc opinionem tenet Bart. in l. si mihi & Titio, n. 3. ff. de verb. oblig. & ibi etiam sequitur Paulus de Castr. sequitur etiam Bald. in presenti, n. 50. vers. sed quid in patre.

Sed prædictis non obstantibus, contraria sententia, & verior & communior est, imo quod in mortis causa capione non habeat locum jus accrescendi, moueor ex text. expresse in l. pen. in princ. vers. item si Symphoro & Ianuar. ff. de cond. & demonstr. vbi casus ita potest figurari: Quidam cum conderet testamentum, Titio fundum reliquit ea conditione, si centum Symphoro & Ianuario præstaret, dubitatur, Symphoro mortuo, an legatum perisset, inquit text. benigna interpretatione dicendum esse, Titium prædictum dimidiam partem Ianuario dantem, dimidiam partem fundi esse consequenturum, si non post mortem Titij Symphorus decefferit: Ergo ecce quomodo isto casu portio illius, qui deceffit, non accrescit alteri socio, imo tantum dimidia pars est ei præstanda, & ita per illum text. hanc opinionem tenent ibi Bald. Cuman. & Imol. item Rom. hic, nu. 27. & hanc opin. dicit communem Alex. in d. l. si mihi & Titio, n. 9. & Ias. ibi, n. 8. Zas. 2. dicit etiam communem Rip. in l. re conuicti, nu. 232. ff. de legat. 1. magis communem dicit Io. Orof. in l. cum hi, §. solet, num. 5. ff. de transact. & hæc opinio verissima est.

Difficultas tamen maxima versatur in responsione ad d. l. Thais, vers. Stychnus seruus, vbi prima opinio clare probari videbatur: Vnde verus intellectus est, quod ideo ibi habet locum in mortis causa capione jus accrescendi, ratione scilicet compensationis in iuncti grauiamini, quod solum remansit apud filiam heredem, h. e. manumittere seruum, vnde duplicato dano, hoc est, illo facto manumittendi indiuiduo duplicari debet & commodum, vt & ipsi totum commodum pecuniarum deferatur. Hunc intellectum posuit Cuman. in d. l. pen. & seq. Alex. vbi sup. sequitur etiam optime declarans text. illum Soc. in l. qui duob. in si. col. ff. de cond. & demonstr. pro quo intellectu verissimo est text. expressus in d. l. penult. ff. de cond. & demonstrat. in dist. vers. scilicet, vbi ex eo, quod factum explicand. erat diuiduum, h. e. præstatio fundi, nam poterat dimidium eius

eius præstari, sicut totus, non habet locum jus accrescendi in pecunia dada gratia conditionis implendæ in persona Ianuarij, qui solus ad mortis capione causa vocabatur: Vnde si in casu illius text. factum esset indiuiduum, merito haberet locum ius accrescendi ex suprad. l. Thais, in vers. Stychnus seruus, & sic debet intelligi & limitari præd. communis opinio verissima.

Vltimo principaliter ex supradict. communi ratione inferitur, in contractibus minime habere locum ius accrescendi ex text. in l. si mihi & Titio, ff. de verb. obligat. quam esse communem resolutionem supra conclusum est in 4. difficultate contra communem.

30. Maxima tamen t adest in hac re difficultas: Quoniam fuerit ratio potissima & originalis, quare in contractibus non sit locus iuri accrescendi: In quo inuenio Imol. in d. l. si mihi & Titio, eam assignasse, quia in vltimis voluntatibus sit latior interpretatio, in contractibus autem stricta, l. in testamentis, cum similib. ff. de reg. iur. l. quicquid adstringenda, ff. de verb. oblig. & hanc rationem esse de mente omnium Doct. affirmat Aret. in d. l. si mihi & Titio, dicit communem Rip. in l. re conuicti, num. 219. quæ ratio corroboratur secundum Alexan. in d. l. si mihi, & Titio, in princ. ex eo, quod in contractibus semper possint contrahentes declarare, quæ sibi conueniant, vnde si non faciant, sibi imputetur, vt in l. veteribus, ff. de pactat. in vltimis voluntatibus non sic imputatur testatoribus, qui metu & cogitatione mortis non poterunt declarare, ex gl. vltima in l. vnic. C. de pecul. eius, libert. mer. & ita hanc rationem adiunctam assignauit Guiliel. Bened. in c. Raynutius, verb. & vxorem, num. 144. & testament.

Aliam rationem refert Imol. vbi sup. ex Ang. quam ipse reprobat, aliam refert Ias. ibi ex Cuman. quam etiam ipse reprobat, aliam assignat Rip. in d. l. re conuicti, num. 219. in qua tamen ipse non consistit transferendo ad aliam.

Vera tamen ratio est in hoc, quæ refert Consultus in d. l. si mihi & Titio, ff. de verb. oblig. ex defectu, scilicet, causæ efficientis, quia in contractibus non potest quis alteri providere neq. stipulari, vnde in eius parte habetur stipulatio pro non adscripta, quam rationem sentit idem Consultus, ibi, in quantum figurat easdem, quando stipulor mihi & alijs, cuius iuri subiectus non sum: ita hanc rationem considerat Rip. in d. l. re conuicti, nu. 210. quæ quidem verissima est.

31. Ex qua t quidem ratione inferitur, quod in omnibus casibus, quibus valet stipulatio alteri per alterum facta, vt puta quando filius, vel seruus patri vel domino stipulantur, habebit etiam in contractibus & stipulationibus locum ius accrescendi, quantumcumque in eis sit faciendæ stricta interpretatio.

32. Ex quo singulariter subinfertur, quod de iure Canonico in contractibus habebit locum ius accrescendi, quia iure regulariter stipulatio alteri per alterum facta valet, vt tenet gl. optima in c. quamuis cordis oculus, 1. qu. 7. verb. & per te, quæ gl. singul. est ad hoc secundum Felin. in cap. si cautio, num. 27. de fide instrument. & illam gloss. sequuntur plures relati per Ias. in d. l. si stipulatio ista, habere licere, §. alteri num. 5. de verb. oblig. & illius gl. opinionem tenent Pontificij, vt inquit Alciat. in rubrica, nu. 15. ff. de verb. oblig. sed illam gl. reprobat Alexand. in d. §. alteri, nu. 9. reprobat etiam plures relati per text. in c. quamquam, de vsur. & duas communes opiniones contrarias, licet suprad. Doctores non referant congerit in hoc Io. Orof. in l. tale pactum in princ. nu. 16. & 17. ff. de pact.

34. Verum illa gl. t vera est & procedit recte eo casu, quo loquitur, videlicet, quando verba obligationis sunt directæ ad stipulantem, & executiue ad absentem:

Verbi gratia: Si promisi tibi dare centum Sempronio, quia hoc casu oritur obligatio naturalis: ita declarat Abbas in d. c. si cautio, n. 6. quia talis obligatio sufficit ad efficaciter obligandum de iure canonico, per text. in c. de pacti iuxta eius communem intellectum, & quod hoc casu oriatur obligatio naturalis, gloss. in d. §. alteri, quæ gl. sic intelligendo eam, in hoc casu communis est, secundum Ias. ibidem, numer. 26. & Fortun. Gass. in l. Gallus, in princ. nu. 43. ff. de lib. & posthu. vnde cum de iure Canonico stipulatio alteri facta valeat, saltem executiue, consequens est, quod in contractibus de iure Canonico habeat locum ius accrescendi, & ita tenet Rip. in d. l. re conuicti, nu. 223.

35. Secundo & principaliter ex eadem ratione veriori subinfertur, quod cum hodie de iure Regio stipulatio alteri per alterum facta valeat, per text. in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinar. veter. quæ l. hodie est l. 2. tit. 16. lib. 5. Noua Recopil. Regia, & per eam ita tenet Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus quest. 8. col. 4. C. de inoffic. testam. & Covarr. lib. 1. variat. resolut. capit. 14. nu. 3. & Greg. Lop. in l. 8. tit. 1. part. 5. gloss. 1. & idem in l. 48. gloss. magna, tit. 5. par. 5.

Inferitur t inquam, quod ius accrescendi habebit locum hodie iure Regio in contractibus, & ita in expressis terminis nouiter notat Rip. in d. l. re conuicti, n. 232. licet Anton. Gomez simpliciter teneat contrarium 1. tom. variarum, cap. 10. num. 1. Et sic superioribus omnibus satis remanet defensata communis conclusio huius text. à ratione dubitandi, scilicet, quod solis personis aduentibus accrescunt portiones repudiantium.

Verum pro perfecta huius iuris accrescendi cognitione, & ad sciendum, quando possit habere locum jus accrescendi, & quomodo sit intelligenda conclusio huius text. ipse quatuor requisita considero, quæ necessarij debent concurrere, vt illi sit locus.

37. Primo tenet debet concurrere, quod succedentes, inter quos volumus dare ius accrescendi succedant eodem iure: Nam inter succedentes diuerso iure, non est locus iuri accrescendi, text. est singularis in l. sed cum patrono, in princ. ff. de bo. poss. vbi inter patronum succedentem per contra tabulas, & scriptum heredem succedentem per secundam tabulas non habet locum ius accrescendi, & ita ex illo text. hanc regulam constituit gl. ordinaria, ibi, verb. ceteri, in fine, ad idem est text. iuncta gl. verb. non poterit, in l. sine, ff. de iur. patr. & hanc regulam optime examinat Alciat. lib. 4. Paradox. c. 9.

38. Secundo requiritur, vt succedatur iure communi, non vero iure speciali, text. est in l. mulieri, & Titio, ff. de condit. & demonstrat. vbi Titio & mulieri non nuberet, fuit relictum legatum; dubitatur, si mulier nubat, an debeat habere legatum illud; Respondet text. debere, non tamen juris rigore, sed si Titius repudiet legatum, nõ debere mulieri, quæ non nupserit, accrescere, nulla alia ratione, nisi quia ibi mulier iure speciali ad illud legatum admittebatur.

Tertium requiritur est, vt portio, quæ accrescit, sit vacans, neq. fuerit adita, nam si fuit adita, etiam si postea vacet, non accrescit inuito, text. est in l. si minor, ff. de acquirenda hered. vt probat text. quod si minor, postquam adierit hereditatem, se restituerit in intergram, illa portio hereditatis non pertinet ad coherentem inuitum, sed bonorum possessio creditoribus deferitur: Ergo ecce, quomodo post aditam hereditatem etiam si portio adita vacet, non accrescit inuito. Qui tex. singularem recipit limitationem, scilicet, quado restitutio ibi impetraretur propter dolum coheredis, qui induxit inuitorem ad adeundam hereditatem, tunc enim accresceret post aditam hereditatem, ita illum text. declarat Barthol. in leg. qui res, in princip. K K K 3